



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De Ecclesiis apud barbaros constitutis. xxxi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

*Ut altaria nisi sint lapidea chrismate non consecrentur. Cap. XXV.*

**A**ltaria si non sunt lapidea, chrismatis unguine non consecrentur. Ad celebranda autem diuina officia ordinem quem metropolitanus tenet, comprouinciales eorum & obseruare debent.

Ex cōcil.  
Epaonēsi  
cap. 10.

*Ut monasterium ad meliorandum in alium liceat ponere locum. Cap. XXVI.*

**S**iquis vult monasterium suum ad meliorandum in alium locum ponere, fiat cum consilio episcopi & fratrum suorum, & dimittat presbyterum in priori loco, ad ministeria Ecclesie.

Ex decr.  
Bonifacii  
pap. c. 6.

*Ut sine Missa Ecclesia non debeat dedicari. Cap. XXVII.*

**O**MNES basilicæ cum Missa semper debent consecrari.

Ex decr.  
Euarist.  
pap. ca. 4

*Ut episcopus nemine prohibeat Ecclesiam ingredi, & audire verbum Dei. Cap. XXVIII.*

**V**t episcopus nullum prohibeat ingredi Ecclesiam & audire verbum Dei, siue gentilem, siue hereticum, siue Iudæum, vsque ad Missam catechumenorum.

Ex cōcil.  
apud Va  
lēntias ha  
bito. c. 16

*Ut populus qui conuenit ad Missam, antequam finiatur non discedat. Cap. XXIX.*

**I**tem quum ad celebrandam Missam in Dei nomine conuenit populus, non antequam discedat, quam Missæ solennitas compleatur, & ubi episcopus defuerit, benedictionem accipiat sacerdotis.

Ex cōcil.  
Arala-  
tensi ca. 1

*De illis qui ecclesiastica habent beneficia. Cap. XXX.*

**Q**uicumque beneficium ecclesiasticum habent, ad restauranda, vel ipsas Ecclesias emendandas omnino adiuuent, & nonam & decimam reddant.

Ex cōcil.  
Mogūt.  
cap. 42.

*De Ecclesiis apud barbaros constitutis. Cap. XXXI.*

**E**cclēsiās autem Dei in barbaris gentibus constitutas gubernari & administrari oportet, secundum consuetudinem quæ est à patribus obseruata.

Ex cōcil.  
Constāti.  
cap. 6.

*De Ecclesiis Arrianorum. Cap. XXXII.*

**E**cclēsiās verò Arrianorum ubicunque inueneritis, catholicas eas diuinis precibus & operibus absque vlla mora consecrate: quia & nos quando fuimus Constantino-

Ex decr.  
Ioā. 1. pa  
episp lta  
hæ dire-  
ctis.